GERHOHUS REICHERSBERGENSIS
Admont (?), 1166-1169 Seite 127r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26928
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ita ut essentia deitatis nec singularis diceretur nec
diuersa. quoniam singularis non est quia tertium est. nec diuersa quia uni
tas ipsorum tertium est. nec differens in se quia quia de tribus abstractae
relationis differentibus ipse predicetur magis et rectius per
nomina essentialia quam per nomina sumpta. Magis enim proprie dicitur pater
ac filius ac spiritus sanctus atque totus trinus deus esse bonitas. ueritas
iusticia quam bonus uerus iustus et similia quae omnia sunt in deo una
simplex non tamen singularis essentia. Si enim singularis esset
ipsorum tertium ueritas cum ueritas de terra orta sit quam intelligimus
ipsum dei filium de MARIA natum. consequeretur id quod sabellius
uoluit patrem uidelicet esse incarnatum et passum. filio eius quia
ueritas est incarnato et passo. S; hoc secernit patrem
ueritatem ab incarnatione ueritatis genitae. quod ipse
pater est ueritas a nullo. filius autem est ueritas de ueritate.
sic est lumen de lumine deus de deo. sapientia de sapientia. iusti
cia de iusticia. Unde recte patris imago dicitur et figu
ra substantiae eius. in ipsius patris scilicet expressa substantia tamquam si regis
imago in auro expressa dicatur aurea substantia. figura
inquit substantiae eius. ne personam filii non substantiam intelligas
aut etiam proprietatem ipsius personae putes extra substantiam
separatim intelligendam. aut forinsecus affixam cum

Contra sabellium.